

In iusiuran-  
do num. 26

An Chymicus iure dis-  
putet de  
remediorum  
origine, &  
de principijs  
vulgo chy-  
micis appel-  
latis.

tudine componendam in nos suscepimus. Vfu quidem plura cōmitti possunt errata, mitis affectio in deterius prouehi, remedia ex se perquam salubria, indicantium neglectis monitis perueriti, vt, qui non attendat medicamento vice, contra Hippocrateum iusiurandum, *Φάρμακον* seu venenum propinet. At iam quisq; medicæ rationis compos, scopis ad legitimum vsum præfixis, attendet sedulo, & artem suam ex Hippocratis præscripto *ὁσίως* exercebit: non is tantum Medicus, qui valentibus remedijs, vfu communi receptis, Elleboro, Diagridio, Euphorbio, Colocinthide, Esulanitur: sed & is, qui τῶν ὀνομαζέτων amplissima liberalitate Chymicus vocatur: quamuis reuera ipso vfu haudquam talis sit: sed eam dūtaxat ob causam, quæ iam à nobis fusiùs est explicata. Quod si tamen existimet quispiam, non declinandum forum esse: cumque ij, qui nouis remediorum formis operam suam destinant, nouorum quoque Medicinæ principiorum architecti, exinde suorum conatum occasionem petant: nos remedijs illorum susceptis, prin-